

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Cursus Theologico-Moralis**

Ad usum Tyronum elucubratus, Et in Quotidianis Prælectionibus  
Quoad ea, quæ Moralis Theologia disputat de Legibus, de Præceptis  
Decalogi, de Restitutione, ac de Contractibus

**Viva, Domenico**

**Patavii, 1723**

Synopses Omnes, Quæ in singulis Articulis tractatus hujusce de  
Restitutione habentur hic colliguntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40673**

# SYNOPSIS OMNES,

Quæ in singulis Articulis Tractatus hujusce de Restitutione habentur, hic colliguntur.

## QUÆSTIO I.

De iis, quæ ad ipsum Restitutionis actum pertinent.

## ARTICULUS I. ibid.

Num ex violatione solum justitiae commutativa oriatur onus Restitutionis?

I. Restitutio large dilla fert iterato aliquem statnere in possessionem rei sua. Presse vero dicta est Actus justitiae commutativa, quo quis damnum a se illam proximorefarcit. II. Ad justitiam commutativam spectat tribuere unicuique ius suum, & partes inter se justare, & exequare. III. In quo differat Restitutio a redditione depositi, aut commoda-  
ti, a solutione mutui, & a satisfactio-  
ne? IV. Per quid discriminetur justitia commutativa a distributiva, a legali,  
& a vindicativa? V. Onus restitutionis non oritur ex violatione justitiae pure distributiva, & ideo solum justitia commutativa est actus Restitutio. VI. Quid im-  
portat ius strictum in re, & ad rem? Quid etiam sit dominium, Usus, & U-  
susfructus? VII. Quando donatur ali-  
quid distribuendum pluribus pro merito personarum, qui habet plura merita,  
habet ius strictum ad majorem sum-  
mam, & ideo violatur justitia commuta-  
tiva, si ea non solvatur. At nemo pri-  
vatus habet ius strictum ad bona commu-  
nia, qua non sunt distribuenda primario proprie bonum privatum, sed proprie-

bonum publicum; unde per violationem justitiae distributiva non oritur obligatio restituendi. VIII. Episcopus conferens beneficia minus dignis tenetur resarcire damnum concurrentibus, & Ecclesia, non ex violatione justitiae distributiva, sed commutativa. IX. Num peccat mortali-  
ter Episcopus conferendo beneficia simpli-  
cia minus dignis, omissis dignioribus?  
Num etiam Princeps sic conferendo offi-  
cia Gubernatoris, Judicis, &c. ? X.  
Dux non distribuendo spolia hostium pro  
merito militum peccat contra justitiam  
commutativam. XI. Ob lesionem justitiae  
vindicativa tunc datur onus restituendi,  
quando simul violatur commutativa.  
XII. Qui negavit in judicio veritatem,  
non tenetur ad restitutionem damni secu-  
ri; secus vero si falsum testatus est.  
Quid de Confessario, qui omisit paeniten-  
tem monere de Restituzione facienda?  
Tenetur Confessarius, si positive paeniten-  
tem deobliger. Sicut Advocatus, & Pro-  
curator, Gubernator, & Jus-  
dex, si cal-  
pabiliter sint causa damni. XIII. Pro-  
babiliter peccat solum contra charitatem,  
& ad restitutionem non tenetur, qui emit  
omnes merces aliquius generis, ut postea  
carius illas vendat.

## ARTICULUS II. 10

De Necessitate Restitutionis  
facienda.

I. Necessarium ad salutem bifariam  
sumi potest, vel pro necessario necessita-  
te medii, vel pro necessario necessitate  
præcepti. II. Restitutio est ad salutem  
ne-

necessaria solum necessitate precepit. III. Cur Baptismus in re, aut in voto sit necessarius necessitate medii? IV. Preceptum de restituendo videtur principaliiter esse de actu positivo, atque adeo affirmativum, & minus principaliter negativum. V. Preceptum restituendi diversum est a precepto non furandi; hoc est negativum, illud vero positivum. VI. Sunt duo precepta, Non furari, & Non retinere rem alienam; quia tamen eidem virtuti opponuntur, non committit duo peccata specie diversa, qui uirumque preceptum transgreditur. VII. Quot peccata committit, qui oblata opportunitate restituendi non restituit? VIII. Actus nostri non interrumpuntur moraliter per actus contrarios dismaxat, sed etiam aliis viis.

## ARTICULUS III. 13

Quænam sint radices, unde provenit obligatio restituendi?

I. Duplex est radix, ex qua sequitur obligatio restitutionis, videlicet Injusta acceptio, & Res accepta. II. Obligatio restitutionis orta ex prima radice inusta acceptio haberi non potest citra actionem damnificativam; secus vero si oriatur ex secunda radice rei acceptae. III. Non cessat obligatio restitutionis circa restitutionem, si ea oriatur ex prima radice; potest tamen sine restitutione cessare, si ex secunda radice oriatur. IV. Quando oritur onus restitutionis ex prima radice, nullum debet pati dampnum damnificatus; quando vero oritur ex secunda, nullum debet pati dampnum, qui restituit. V. Sicut non consurgit onus restitutionis ex lesionē justitia distributiva, Legalis, aut Vindicativa, ita neque ex damnificatione contra alias virtutes a justitia. VI. Hinc non tenetur ad restitutionem Medicus, si ex incuria agrotum occidat, quando nullo accepto stipendio medetur: Nec

Clericus alium inadvertenter occidens vacando venationi prohibita: Nec omittens succurrere extreme indigenti: Nec violans iustitiam legalem. VII. Qui alium inadvertenter infamavit, ubi id advertit, tenetur famam restituere ex titulo iniuste acceptiois portius, quam rei acceptæ. VIII. Iudex ad restituendum tenetur, si pecuniam accipiat pro ferenda sententia iusta, non tamen si accipiat pro ferenda sententia iusta, patrato tali scelere.

## ARTIC. IV. 16

Ex quanam culpa contra iustitiam ostiatur obligatio Restitutionis?

I. Culpa alia est Theologica, alia Juridica, & illa vel mortalis, vel venialis, sive ex parvitate materia, sive ex imperfecta deliberatione; Hac vero vel lata, vel levis, vel levissima. II. Ad contrahendam obligationem restitutionis requiritur culpa Theologica contra iustitiam commutativam: Lata culpa juridica dicitur trahere onus restitutionis, quatenus raro admodum reperitur sine culpa Theologica. III. Si culpa istibz Theologica sit levis ex parvitate materia, trahit onus restitutionis sub levi; si vero sit levis ex imperfecta deliberatione, probabiliter ne sub veniali quidem pars ullam obligationem restituendi, etiam in materia gravi. IV. Leges civiles obligantes ad compensationem damni non obligant in conscientia, si abs culpa Theologica, qua ab iis presumuntur. V. Si tamen leges civiles non sint presumptive, sed dispositiva, obligant in conscientia ad dampnum compensandum, sed post sententiam Iudicis. VI. Ex peccato veniali ex parvitate materia contra iustitiam potest per accidentem ori gravis obligatio restituendi; ut si in ultimo furioso per accidentem non advertatur ad præterita. VII. Quoties plures ab eodem parvam materiam furantur, stant

stantinus advertat ad furtula aliorum; sed non sit causa moralis talis damni gravis, probabilis non tenentur ad restituendam parvam illam materiam sub gravi; nisi forte ad id ex precepto superioris adiungantur. VIII. Ad quid tenetur, qui per negligentiam leviter culpabilem grave damnum infert? Aut quis volens leviter damnificare, casu graviter damnificat? Aut Medicus, qui ex culpa levi juridica agrotum occidit? IX. Levis negligentia, qua excusat a compensando damno Depositarium, non semper excusat Commodatarium, aut Locatarium. X. In dubio num res perierit ex culpa gravi, an levi, datur onus restituendi? XI. Probabiliter propter grave damnum causatum ab actione externa de se leviter damnificativa, posita cum intentione nocendi graviter, non datur onus restituendi sub gravi; Nec incurrit irregularitas, aut censura, vel reservatio propter tale delictum externe leve, sed interne grave, si verbi gratia, sic aliquis occidatur. XII. Non tenetur ad restitutionem, qui grave damnum intulit cum ignorantia antecedente; & probabiliter nec tenetur, si illud intulit cum ignorantia concordante; seclus vero si intulit cum ignorantia affectata, aut etiam crassa. XIII. Cur tenetur ad restitutionem, qui volens comburere domum Petri inimici, per accidentem comburit domum Pauli amici; & ad restitutionem probabiliter non tenetur, qui volens occidere feram, per accidentem occidit inimicum, quem coniuncte velles occidere, si ibi adesse?

### ARTICULUS V. 26

Quomodo se gerat Confessarius cum obligato ad restituendum?

1. Nequit ciura sacrilegium absolviri, qui non vult restituere statim totum, quod potest. II. Num possit permitti dilatio restitutionis ob lucrum, quod a debitore

Pars III.

speratur sine damno creditoris? Debet quidem hac in re Confessarius accommodare se opinioni probabili penitentis. III. Debitor volens restituere, dum est in articulo mortis, non potest heredibus committere, ut restituant, si potest tunc ipse restituere. IV. Restitutio facienda est a penitente antequam accedit ad Sacramentum Penitentie. Quod si ea non possit fieri, nisi post aliquod tempus, non est deneganda absolutio. V. In Jure solum pro foro externo precipitur, ut non impendatur absolutio a censuris non praemissa satisfactione. VI. Qui promisit restituere statim, & non stetit promissis, non est de facili iterato absolventus, multo minus tertia, aut quarta vice. VII. Tenetur ipse Confessarius restituere, si positive deobligavit culpabiliter penitentem a restituendo: Quod si culpabiliter solum omiserit illum monere, & Confessarius sit Parochus, qui ex officio tenetur confessiones audire, adhuc ipse probabiliter tenetur restituere. Et probabiliter etiam alii Confessarii. VIII. Parochus, si non moneat penitentem de restitutione facienda, ad restituendum ipse obligabitur ex levi culpa juridica; Alii vero Confessarii solum ex culpa lata.

### QUÆSTIO II. 30

De Persona restituente:

#### ARTICULUS I. ib.

Quisnam teneatur restituere ex iusta acceptance?

1. Ad restitutionem tenetur tam qui rem alienam sine justo titulo habet, quam qui damnum alteri iuste intulit; quod multipliciter contingere potest. II. Recensentur precipua actiones iusta, quae pariunt onus restitutionis. III. Pretium simoniace acceptum restituendum est Ecclesia, vel probabiliter ipsi danti. Siz

D d pa-

pariter eleemosyna magna erogata fingen-  
ti paupertatem restituenda sunt vel dan-  
ti, vel aliis pauperibus. Munera pari-  
ter, qua dantur Judici pro ferenda sen-  
tientia iusta. iv. Qui aliquid a pupillo  
per contractum onerosum acquisivit, num  
teneatur iure naturae illud restituere? v.  
Qui alium impedit a consecutione boni  
debiti ex justitia, ad restitutionem tene-  
tur; Sicut etiam si quis malis artibus  
illum impedit ab alterius boni consecu-  
tione. vi. Quid si quis impedit alicui  
consecutionem officii publici, aut Bene-  
ficii, aut quod ex araris publicis de-  
betur pauperibus? vii. Divertens flu-  
vium cum alterius damno iunc ad re-  
stitutionem teneatur, quando id non facit  
ob propriam utilitatem, sed in damnum  
proximi. At non tenetur ad restitutionem,  
si bonis artibus impedit pauperi ele-  
mosynam ex odio erga illum. viii. Qui  
malis artibus impedit, ne fiscus acquirat  
ius ad paenam pecuniariam, non tene-  
tur ad restitutionem.

## ARTIC. II. 34

Quisnam restituere teneatur ex re  
accepta?

i. Ex re accepta consurgit onus resti-  
tutionis, sive ea extet post fursum,  
sive post contractum iniquum, sive res  
aliena extet absque tua culpa penes  
te. ii. Res inventa num sint danda  
pauperibus? iii. Thesauri inventi ju-  
re naturae sunt primi occupantis; leges  
tamen civiles diversimode de iis dis-  
ponunt. Num leges istae obligent in  
conscientia? iv. Quare acquisita per deli-  
ctum, domino non comparente, retine-  
ri non possunt? v. Res bona fide empta  
a fure probabilitate ab emptore resti-  
tui potest furi, si aliter pretium recu-  
perare non possit restituendo illam domi-  
no. At non potest alteri vendi ad pre-  
mium recuperandum. vi. Num peccet  
solum contra charitatem, an etiam

contra iustitiam qui reddit gladium do-  
mino furioso, quo ille abusurus est ad  
versus vitam innocentis? vii. Res al-  
iena empta bona fide, si functionem  
recipiat, domino comparente, non est  
illi restituenda; nisi forte cum modica  
propria re sit immixta.

## ARTICULUS III. 31

Quid restituere teneatur Possessor  
malæ fidei?

i. Quinam dicatur Possessor mala, an  
bona, an dubie fidei? ii. Possessor du-  
bia fidei comparatur possessori male fi-  
dei, si dubium præcesserit possessionem  
rei aliena; at si subsequatur, compa-  
ratur possessori bona fidei. iii. Mala fi-  
dei possessor restituere debet, præterrem  
etiam damnum securum domino, ac lu-  
crum, quod cessavit, necnon fructus rei  
naturales, & mixtos; non tamen quod  
dominus lucratus esset ex turpi uſa  
sua rei. iv. Quinam dicantur fructus  
rei naturales, quinam industrielles, quinam  
mixti? v. Si res furtiva cum re-  
bus propriis misceatur, nec illa sit di-  
scernibilis, quid est restituendum domi-  
no? vi. Quid restituere debet, si res alie-  
na in manu furis deterioretur? Quid si  
dominus illam deinde pluris venditum  
esset, quam tunc valeret? vii. Potest  
aliquando fur ex furro lucrum reporta-  
re. viii. Qui in navi projicit poculum  
aurum alienum, quod simul cum navi  
mox erat submergendum, probabilitate  
non tenetur quicquam restituere: Secus  
vero si rapiat rem mox ab alio fure  
rapiendam. ix. Quinam fructus ri-  
furtiva debent a fure domino restitu-  
ri? Et quid de melioramentis sive necessi-  
tatis, sive utilibus, sive voluptuarii?  
x. Restitui debet a fure, præter rem fur-  
tivam, tam interesse ordinarium, quam  
extraordinarium; & quidem etiam a  
Creditore de illo non moneatur. xi.  
Qui restituere debet, & non ex delicto  
sed

sed ex minimo, emptione, &c., & cul-  
pabiliter differt solutionem, probabilitier  
ad interesse extra ordinarium non obli-  
gatur, si monitio non praecebat. xii.  
Far, qui per aliquod tempus inculpabi-  
liter non restituuit, num teneatur ad in-  
teresse illius temporis?

## ARTICULUS IV. 45

Quid restituere teneatur Possessor  
bonæ fidei?

1. Possessor bona fidei si non statim re-  
stituat, incipit esse mala fidei possessor.
2. Debet se reddere indemnem bona fidei possessor; At restituere debet rem, ejusque fructus naturales, & mixtios, (demptis expensis) & id in quo factus est ditior, non tamen ex fructibus industrialibus.
3. Res, & fructus, si non extent in se, reddantur in aequivalenti. At num dicantur in se extare, si cum aliis rebus propriis miscantur?
4. Qui rem alienam bona fide inique consumpsit, fornicando, ludendo, &c. ad restitutionem non tenetur, si nihil ex ea sit factus ditior.
5. Si rem alienam bona fide donasti, aut vendidisti, tenerisne contrahitum rescindere; sicut tene-  
tur, qui vitrum pro gemma vendidit?
6. Res, & fructus naturales, & mixti restituenda sunt, demptis expensis, estimatione laboris, & melioramenti etiam voluptuarii. Sed quid si hac sint magni valoris?
7. Si in tela aliena pingatur pictura, qua excedat premium tela, satis est restituere hujus tela pre-  
mium. Immo etiam si dubitetur an ea pictura tela premium excedat?
8. Qui bona fide in agro alieno suum frumentum seminavit, debet totam segetem derractis expensis restituere; Quod si seminasset alienum frumentum in agro proprio, debet solum restituere premium frumenti.
9. Ex iusta damnificatione tenetur damnum compensare, qui, verbi gratia, incen-  
dit domum Petri sui amici, quamvis

Quid restituere teneatur Possessor du-  
bix fidei?

1. Dicitur possessor dubiae fidei, qui rem possidet, quin posse certo affirmare illam esse suam, sive de hoc dubiter, sive etiam id opinetur.
2. Multipliciter at-  
tem tale dubium sive negativum, sive positivum coningere potest.
3. Ad quid tenetur qui bona fide cœpit rem posside-  
re, & deinde incipit dubitare, an sit aliena?
4. Qui magis inclinat ad di-  
cendum, quod res, quam bona fide cœ-  
pit possidere, sit aliena, num ad ali-  
quam restitutionem faciendam obligetur?
5. Regula illa, In dubiis tutior pars eligenda est, quomodo interpretanda sit?
6. Ad quid teneatur, qui possidens rem bona fide incipit dubitare, an sit aliena, & omittit veritatem indagare?
7. Qui possidet rem mala fide, & deinde incipit dubitare an sit sua, debet ne in-  
tegram rem restituere, an pro rata du-  
bii?
8. Ad quid tenetur, qui incipi-  
t possidere rem a nemine possessam du-  
bia fide, dubitando scilicet, sine sua, an aliena?
9. Quis rem ab alio bona fide possessam rapit, dubitans, aut opini-  
ans, quod sit sua, tenetur ad integrum ejus restitutionem. Sic pariter restituere integre teneatur, qui in ludo per frau-  
dem vincit, quamvis dubitet, num ob-  
fraudem, an casu vicerit.
10. Non so-  
lum in materia iustitia, sed etiam in  
materia aliarum virtutum militat axio-  
ma illud, In dubio melior est condi-  
tio possidentis.
11. Ad dignoscendum autem, quando stat in possessione liber-  
tas, quando vero præceptum, Prior re-  
gula, qua assignari solet, est, quod in  
possessione sit id, quod tempore præce-  
dit,

D d 2 dit,

*dit, si libertas, libertas; si praeceptum, praeceptum; quod in plurimis exemplis sit perspicuum.* XII. Altera regula, quam Doctores assignant, est, Pro eo stare possessionem in iure quoque foro, pro quo stat presumptio; Hac vero stat pro ea parte, qua ad alteram transfert onus probandi intentum.

### QUÆSTIO III. 59

De Cooperantibus ad damnum alterius.

#### ARTICULUS I. ib.

Quinam dicantur cooperari ad damnum alterius?

I. Ad restitutionem tenetur tam positive concurrentes ad damnum alterius, quam concurrentes negative, qui omnes ad subsidium memoriae celebri disticho continentur. II. Tria requiruntur, ut talis obligatio consurgat, & quod damnum secutum sit, & quod illorum cooperatio processerit, & quod hæc fuerit causa efficax damni citra dubietatem. III. An, & quomodo ad restituendum obligetur, qui concurrit ad damnificationem proximi, qua ceteroqui etiam sine suo concursu fieret? IV. Num teneatur ad restitutionem, qui ad damnum alterius concurrit solum quoad modum, videlicet ut celerius fiat, & non quoad substantiam? V. Qui suo suffragio cum aliis concurrit ad sententiam injustam, quandonam a restitutione deobligatur? VI. Qui dubitat, an suo suffragio ad sententiam injustam efficaciter concurrexit, adhuc videtur cum aliis in solidum obligandus: Esto verum sit, quod adulterer non teneatur alere prolem, de qua dubitat, num sit sua, an mariti VII. Deobligatur a restitutione, qui dubitat, an damnum sit secutum, vel an ex aliqua sua actione graviter peccaminosa, vel an ad damnum influxerit; nisi tamen

urgeat presumptio, unde non habeatur dubium, sed moralis certitudo; ut soles accidere, si consilium detur de damno patrando. VIII. Quando damnum est secutum, & dubitatur, num ex actione hujus, vel illius, uterque tenetur ad restitutionem.

#### ARTIC. II. 64

De Mandante damnificationem.

I. Tam explicitum, quam implicitum mandatum de proximo damnificando, securo effectu, trahit onus restitutionis. II. Mandans, revocato mandato, sive explicite, sive implicite, itant revocationis notitia ad Mandatarium perveniat, non tenetur ad restitutionem. III. Cur non pariter deobligetur a restituione Consulens revocato consilio? IV. Si mandatarius in damnificando excedat limites mandati, num, & quando mandans teneatur etiam excessum compensare? V. Non tenetur mandans ad compensanda damna mandatarii, qui sponte, aut accepto preiu mandatum acceptavit. VI. Ratihabilius damnificationis de se non trahit onus restituendi. Solum relate ad penas fori exterioris ratihabilitio solet equiparari mandato. VII. Irregularitas tamen, qua incurritur a mandante homicidium, non extenditur ad ratihabentem.

#### ARTIC. III. 67

De Consulente damnum alterius.

I. nomine Consulenti damnificationem venit etiam qui hortatur, dirigit, instruit, terret minis, &c. Teneatur autem consulens resarcire etiam damnum, quod forte patitur Consiliarius, si hic bona fide procedat. II. Quandonam deobligatur a restituione consulens? Et quomodo debeat consiliarium monere, ne deficiat? III. Ad restitutionem tenetur con-

fulens; etiam si sine suo consilio adhuc dānum a consiliario inferendum esset, dummodo consilium moveat. **IV.** Si dubitatur, an consilium infuxerit, teneatur Consiliarius aut integre, aut saltem pro rata dubii restituere, an omnino deobligatur? **V.** Quando consilium non infuit in substantiam, sed solum ad circumstantiam dāmi, adhuc probabiliter tenetur consulens ad restitutionem. **VI.** Probabiliter etiam ad restitutionem tenetur, qui suo consilio, vel auxilio cooperatur ad dānum, quod etiam sine tali consilio, vel auxilio fieret omnino. **VII.** Qui male consulit non ex malitia, sed ex ignorantia graviter culpabili, num teneatur ad restitutionem dāmi ex consilio causati? **VIII.** Si stipendium accipit, qui dat consilium, tenetur de levi culpa juridica, quamvis non sine gravi theologia. **IX.** Qui sine gravi culpa dat consilium noxiū, tenetur non solum ex charitate, sed probabiliter etiam ex justitia consiliarium monere ad averendum dānum. **X.** Ad restitutionem non tenetur secundum se, nec peccat, qui dat consilium de inferendo dāno minore ei, qui determinatus est ad inferendum dānum majus. **XI.** Secus vero si quis consilium det de inferendo minori dāno Petro ei, qui determinatus est inferre majus Paulo.

## ARTICUL. IV. 71

## De reliquis positive cooperantibus ad damnificationem.

1. Positive ad damnificationem concurredunt etiam *Consentiens*, *Adulator*, *Receptator*, & *Participans*, prater *Mandatorem*, & *Consulentem*. **II.** *Consentiens*, nemp̄ *Approbans*, favens, aut ferens suffragium in delicto, ad restitutionem tenetur, si sic sit causa dāni. At quid in dubio an suffragium infuerit in dānum? **III.** Qui ex officio tenetur suffragium ferre, ad restitu-

nem tenetur, si illud omittat, quando ex tali omissione sequitur dānum. **IV.** *Adulator*, aut *irrisor* si sic dānum causet, ad restitutionem obligabitur, si ad id adverrat, quamvis directe illud non intendat. **V.** *Quinam* dicatur *Recursum* prabens, ac *Receptans*? Et quando hic ad restitutionem teneatur? *Etiamsi* rationabiliter dubitet, quod ex furis receptione dānum sit secuturum, adhuc ad restitutionem obligabitur. **VI.** *Campones*, qui charras, sedilia, lumen concedunt iis, qui aliena pecunia ludant, ad restitutionem tenentur; non tamen si permittant illos domi sua palam ludere. **VII.** Qui furem receperat amicitia causa, ad restitutionem non tenetur, nisi sic sit causa, quod res furto sublata non restituatur, aut quod novum dānum causetur. *Quonam* pacto possint *Advocati* fures defendere? **VIII.** Si te non receptane furem, ab aliis facile receptaretur, illum adjuvando ad fugiendum, & non concurrendo ad instantiam retentionem, num tenearis ad restitutionem? **IX.** *Participantis* nomine venit, qui prestito auxilio formaliter ad dānum cooperatur. **X.** *Excusantur* participants, qui gravi metu adiunguntur ad opus non malum intrinsece; ut qui remigant capii a Turcis in tritemibns adversus Christianos; aut qui metu mortis præbent furi claves ad furandum. **XI.** Quid si quis adjuvet furem, qui sine tali auxilio adhuc idem furtum facturus esset? **XII.** *Prævidens* quod furtum, aut homicidium sit imputandum alteri innocentι, tenetur etiam huic dānum, quod inde reportat, compensare.

AR.

## ARTICULUS V. 76

De Cooperantibus negative ad damnificationem.

I. Ad restitutionem tenentur *Matus*, Non obstante, Non manifestans, si contra iustitiam peccant non impediendo damnum proximi. II. In his oritur obligatio ex iustitia, non solum ex contractu, sed etiam ex quasi contractu, seu ex officio. III. Qui omittit impedire damnum, quod etiam posito impedimento sequeretur, ad restitutionem non obligatur, nec peccat, quamvis ex iustitia secundum se impedire illud teneatur. IV. Testis legitime interrogatus, qui non detegit veritatem, prout debet ex iustitia legali, non tenetur probabiliter ad restitutionem damni, quod inde sequitur. V. Nec tenetur *Confessarius*, immo probabiliter nec *Párochus*, qui culpabiliter omittit monere pénitentem de restitutione facienda. Nec Pater, si filii denegat alimenta, que ex pietate iis debet. VI. Famuli non tenentur ad restitutionem, si non impedian furtum domesticorum; secus vero extraneorum. VII. Custodes vestigium, salium, vinea ad restitutionem damni tenentur, si illud non impedian; non tamen ad restitutionem pœnae, quam deberet solvere delinquens. VIII. Judices, & Episcopi si malo suo exemplo alios inducant ad furandum, probabiliter ad restitutionem damni non tenentur. Sed probabilius est, quod teneantur; Unde probabilius Episcopi censuras, & irregularitatem incurvant, si non impedian percussionem Clerici, & homicidia. IX. Qui non tenetur ex iustitia revelare furem, potest ab eo aliquid accipere ne revelet; dummodo illud non sit pars furti; nec per hoc furreddatur animosor ad furandum. Quid se hic legiūme a Jūdice interrogetur de fure?

AA

## ARTICULUS VI. 80

Quantum singuli restituere teneantur, quando plures ad damnificationem cooperati sunt?

I. Si plures ad damnificandum concurrunt, singuli in solidum ad restitutionem tenentur, quando singulis non cooperantibus totum damnum non causaretur. II. Si vero singulis deficientibus adhuc damnum causaretur, tunc singuli tenentur solum ad partem damni pro rata sui influxus. III. Milites Urbem diripiennes injuste, quamvis nonnihil invicem animentur, non tenentur ad restitutionem, nisi ad id quod singuli diripuerunt: At Dux ad restitutionem totius danni ab exercitu causati obligatur; Sic ut etiam Consiliarii, Exploratores, &c. IV. Si tamen sine tuo consilio adhuc damnum causaretur, tunc pariter partialiter ad restitutionem obligaris pro rata influxus. V. Quando duo ingredinuntur domum ad furandum centum, itam unus sine altero non ingredieretur, tunc uterque tenetur in solidum restituere. VI. Videtur diversimode discurrendum, si a pluribus idem damnum causetur, ac si diversum. Nam si ad idem concurrant, omnes restituere debent in solidum, quamvis singuli sine aliis totum damnum non inferrent: Secus vero si concurrant ad damnum diversum. VII. Num peccati mortaliter, qui modicum furantur, aduersi, quod alii plurimi pariter modicum ab eodem domino furentur, aut furati sint? VIII. Si excommunicatio feratur contra hos plurimos, si non restituant modicum illud, quod abstulerunt, talis excommunicatio supponit peccatum mortale, si minus iusticia propter modicum illud, quod retinetur, saltem inobedientie. IX. Qui per plura furtula devenit ad materiam gravem, naut sub gravi ea restituenda sit, num peccat lethaliter, si addat aliud furtulum?

AR.

## ARTIC. VII. 84

Quoniam ordine restituere debeant  
Concurrentes ad damnificationem,  
quando tenentur restituere  
in solidum?

I. Damnificans principalis tenetur totum damnum resarcire, & in ejus deficitum alii minus principales. II. Principalis damnificator inter omnes damnificantes est Possessor mala fidei. Si tamen res aliena extet in individuo, quamvis apud possessorem bona fidei, ab eo restituenda est. III. Quid si plures sint mala fidei possessores? IV. Post possessorem mala fidei inter damnificantes tenetur Mandans, & quidem etiam ante Executorem, aut Inductorem; necnon ante illum, qui consultit alteri, ut damnificationem mandet. V. Nomine Mandantis non venit quicunque alteri dicit, ut damnificet, sed qui dicit auctoritative. VI. Post mandantem tenetur Executor damni ante Consulente; nisi hic dederit consilium fraudulentem. Quid de inducente alterum, ut suo nomine damnum inferat, vel in sui gratiam? VII. Si plures sint executores, puta in vaiores, omnes principaliter tenentur, quamvis unus tantum ex illis, verbi gratia, invasum percussit; nisi tamen aliquis sit praecipuus, sine quo alii non invadent. VIII. Post Executorem tenentur aque principaliter alio concusa causa positiva, tum negative in solidum restituere, itant una restituente totum, alio huic debeant partem suam restituere pro rata influxus. Alii tamen diversimode opinantur. IX. Ex preacta doctrina varia corollaria deducuntur. X. Si damnificatus remittat debitum principali, reliqui ad nihil tenentur; Non tamen si remittat debitum minus principali. Quod si nolit agere contra principalem, non per hoc non potest agere contra minus principalem.

## QUÆSTIO IV. 89

Quid, & Quantum restituvi debeat.

## ARTICULUS I. 90

An accepta ob turpem causam restituenda sint?

I. Contractus de re illicita facienda rescindendus est. Quod si parum sit de re licita, parum de illicita, solum datur obligatio ponendi rem licitam. II. Pro scelere patrando nihil promitti, dari, aut accipi potest, antequam illud patretur. Et quod acceptum esset, restituendum danti, nisi datum esset absolute ad alliciendum. III. Post sceleris patrationem probabilis est, quod solvi debeat premium pro illo promissum. IV. Qui post factum accepit premium promissum pro scelere patrando, probabilis potest illud retinere, eti teneatur satisfacere partis lae. V. Ex lege positiva restituendum est premium simoniae vel pauperibus, vel Ecclesia in poenam delicti. VI. Illicite sic acquisita a Filio, Uxore, servo, probabilis non debent restitui Patri, Matrito, Domino.

## ARTICUL. II. 92

An restituenda sint accepta ob causam honestam?

I. Restitui debent accepta ad prestandum opus debitum ex iustitia; necnon pro omissione etiam ex iustitia debita; Non tamen accepta pro opere honesto, aut pro omissione, que ex iustitia non debentur. II. Num possit etiam aliquid accipi pro opere debito ex charitate, quod non sit laboriosum, puta pro deponendo odio? III. Si opus ex iustitia debitum Ticio ponitur in gratiam Caii, num possit a Cajo aliquid accipi? IV. Cur in foro externo non datur actio ad

repetendum, quod traditum est pro opere ex iustitia debito? Et simul compellitur ad restitutionem, qui aliquid accipit pro non parrando peccato. v. Non solum premium, sed etiam munus involuntarie donatum pro opere debito ex iustitia universim restituendum est; non tamen si derur liberaliter. vi. Num possint famuli Iudicis aliquid accipere a Tito, ut hic ante alios introducatur, & ejus causa prius expediatur? vii. Quandonam possint Officiales Iudicis munera sibi donata retinere? viii. Leges civiles si solum prohibeant, & non irritent acceptationem munerum, non obligant ad restitutionem; Sicut nec juramentum de illis non acceptandis. ix. Si lex aliqua irritet donationem munerum, hec restituenda sunt danti, nisi aliter statuat ipsa lex; & tunc requiritur etiam sententia Iudicis, ut a dante tollantur.

## ARTICULUS III. 97

An Bona incerta, vacantia, derelicta, & Animalia, quae piscatione, aut venatione capiuntur, restituenda sint?

i. Bona incerta, si acquisita sint ex delicto, restituenda sunt pauperibus. Quae tamen sine delicto retinentur, probabiliter danda sunt etiam pauperibus, sed probabiliter retineri possunt. ii. Post factam compositionem per Bullam bonorum incertorum, si dominus compareat, probabiliter ea non sunt restituenda. iii. Etiam Episcopus potest in sua Diocesi compositionem facere debitorum incertorum. iv. Bona vacantia, necnon derelicta sunt primo occupantis iure naturae; iure tamen positivo aliud decernitur de bonis vacantibus. v. Animalia, quae venatione, aut piscatione capiuntur, secundum se sunt etiam primo occupantis. vi. Potest Princeps sibi venationem, ac piscationem reservare, & potest reddere subditos incapaces domini relate ad fe-

ras in suo nemore capias. vii. Ad restitutionem tenetur, qui venatur in loco, ubi a Principe alteri concessum est jus venandi; non quidem restituendo feras capias, sed compensando damnum, quod alteri probabiliter intulit habentem jus venandi. viii. Animal alterius, quod damnum infert in tuo pradio, non potest occidi, nisi aliter grave damnum impediri non possit.

## ARTIC. IV.

99  
An iterum facienda sit restitutio, quando res furtiva data alteri, ut restituatur, non pervenit ad dominum?

i. Res debita ex delicto, si deferatur per nuncium a debitorie electam, perit ipsi debitori, antequam ad dominum perveniat; Sed si nuncius eligatur a Creditore, perit Creditori. ii. Res non debita ex delicto, sed ex contractu, si eadem in individuo debeatur, perit semper Creditori, si non pereat ob culpam debitoris: At si non debeatur eadem in individuo, perit debitori, si per nuncium a se electum transmittatur. iii. Res tamen, quae solum debetur ex recepta, quamvis transmittatur per nuncium a debitorie electum, perit semper Creditori, quamvis non debeatur eadem in individuo, dummodo non pereat ob culpam debitoris. iv. Quid si res debita transmittatur per Parochum, vel Confessarium, & illa ad dominum non perveniat? v. Quid si post conventionem cum Creditore, quod res transmittantur per Perrum, deinde transmittatur per Paulum expertum fidelem, & res ad dominum non perveniat?

A R

## ARTIC. V. 102

An res domino nocitura restituenda sit?

I. Quousque dubitetur, aut probabile sit, rem esse domino nocitaram, ut gladius furioso, non est restituenda. II. Probabilis est, quod peccetur etiam contra iustitiam, si res isthac cum alterius damno restituatur. III. Negative se habens ad iustitiam actionem non tenetur ad restitutionem, nisi ex officio debeat illam impedire. At in casu nostro reddens gladium domino furioso positive concurrevit ad mortem innocentis, & ideo ad restitutionem obligatur. IV. Solvens Usurario usuras, quibus abutatur ad novas usuras exigendas, remote ad peccatum concurrevit; at in casu nostro proxime. V. Differenda pariter est restitutio rei aliena, etiam quando dominus illa abusurus est ad peccandum contra alias virtutes a iustitia. VI. Non teneantur auferre a domino res suas, quibus ille est abusurus, sed hujusmodi res tenentur non restituere. VII. Coniux illicite petent debitum num, & quando possit illud negare? VIII. Non videtur improbabilis sententia nonnullorum, quod scilicet circa culpam restitui possit domino res, qua ille abusurus fit contra alias virtutes a iustitia.

## QUÆSTIO V. 104

De Persona, cui facienda est Restitutio, ac de reliquis circumstantiis Restitutionis.

## ARTICULUS I. 104

Cui facienda est Restitutio.

I. Restitutio ex titulo rei accepta facienda est domino: Ex titulo autem iusta acceptioris facienda est illi, cui da-

Pars III.

mnum est irrogatum. II. Qui eadem actione pluribus damnum intulit, omnibus tenetur illud resarcire; Quid si malis artibus plures quis impedierit a Beneficio consequendo? III. Num differens deferre rem donatam usque ad mortem donantis tenetur non solum donatario, sed etiam heredibus donantis restituere? IV. Surripiens rem alienam a Cajo bona fide illam possidente, tenetur illam non Cajo, sed domino restituere. Similiter qui rem alienam dono accepit a fure, non furi, sed domino restituere illam debet. Sed quid si a fure illam emerit? V. Qui bona fide in opera pia impedit rem domino restitutam, num tenetur iterum restituere? Et qui rem furtivam bona fide emit, & revendidit, ad quid tenetur? VI. Restituens creditori sui creditoris immunis est a nova restitutione, quando est liquidum debitum creditoris immediati. VII. Cura vim potest amicus Caji accipere centum a Titio auctoritate propria, servatis regulis compensationis, ut ea det Cajo creditori Titi. VIII. Num possit dominus ingredi domum furis, & per vim rem suam recuperare?

## ARTICULUS II. 108

Ubi, & cujus expensis facienda sit Restitutio?

I. A Possessore male fidei restituenda res est domino propriis expensis, reponendo illam, ubi dominus illam possessurus esset, si non frisset furto sublata. II. Qui restituere non potest sine expensis majoribus, quam res ipsa valeat, ad quid tenetur? Num possit uti beneficio Bullæ compositionis? III. Possessor bona fidei non tenetur suis expensis rem domino restituere, aut illum monere, ut rem suam sibi capiat: Quod si sine magnis expensis id fieri nequit, nec speratur, quod dominus velit amplius sibi rem accipere, potest dari pauperibus, ac potest etiam ipse

E c febi

sibi eam retinere. **iv.** Quae debentur ex contractu, vel quasi contractu, restituuntur debent in loco, ubi res accepta fuit: Si tamen aliter sit conventum, compensanda sunt expensis. **v.** Si contractus cedit in bonum debitoris, expensis istius facienda est restitutio; Sicuti si cedat in bonum creditoris, hic debet solvere expensas; Et si in bonum utriusque, uerque. **vi.** Ubinam restituenda sint res ex testamento donata, aut commoda, vel pensiones &c. **vii.** Res ex contractu debita, quae sine magnis expensis non potest dominio restituiri, vel potest dari pauperibus, vel retineri a debitore, si forte dominus compareat.

### ARTICULUS III. 111

#### Quando facienda est Restitutio?

**i.** Restitutio fieri debet statim, non physice, sed moraliter, & humano modo; præsertim si non fiat ex delicto, nec grave damnum afferat brevis dilatio. **ii.** Censuum solutio non solet fieri sine prævia creditoris monitione; si tamen hanc non fiat ob verecundiam, aut timorem, peccat, qui diu solutionem differt. **iii.** Qui culpabiliter solutionem debitam differt, nec vult solvere, nisi cogatur a iudice, tenetur compensare damnum, quod patitur creditor. **iv.** In nonnullis casibus potest creditor petere, ut ante præfixum terminum reddantur res sua.

### ARTIC. IV. 112

#### Quomodo facienda sit Restitutio?

**i.** Potest restitutio fieri per alium. At quid, si ad dominum non perveniat, quando fit per Confessarium? **ii.** Quod ex delicto debetur, totum simul restitui debet; Et, in qualibet pecunia fieri potest restitutio, nisi aliter sit conventum. **iii.** Debitor ad infamiam declinandam

potest restituere privatim. At qui publice alias fraudavit, tenetur ex charitate publice restituere ad scandalum vietandum. **iv.** Potest debitor ad infamiam vitandam fingere, quod debitori donet id, quod debet restituere. Quod hoc intuitu aliquid redonatum est, restituui debet. **v.** Num satisfaciatur, qui debens centum Tilio, immemor talis debiti ei donet centum? Aut Beneficiarius, qui post horarum omissionem eleemosinas erogat ignorans, aut non aduersus, quod debeat restituere fructum Beneficii?

### ARTIC. V. 113

#### Quo ordine facienda est Restitutio Creditoribus?

**i.** Præter ordinem servandum inter Personas, quæ debent restituere, attendendus est ordo servandus inter Personas, quibus fieri debet restitutio, quando bona debitoris non sufficiunt ad integrum solvendum omnibus. **ii.** Quid sit ius in re, quod habent Creditores Reales, quid vero ius ad rem, quod habent Creditores Personales, & Chirographarii? **iii.** In quo differat Pignus ab Hypotheca, quæ multiplex est? **iv.** Debitor habens rem alienam in individuo restituere illam debet, antequam aliis Creditoribus satisfaciatur; etiam si dominus ignoretur, dando tunc illam pauperibus. **v.** Si adhuc extans apud emporem sit credito vendita, præferendus est venditor aliis Creditoribus: Non tamen si ab empore sit revendita alteri. **vi.** Debita certa præferenda sunt incertus. **vii.** Probabilis neque debita ex delicto præferenda sunt debitis ex contractu, neque ista illis, sed pro rata utriusque satisfaciendum. **viii.** Debitora ex contractu oneroso præferenda sunt debitis ex contractu gratiose. Quid tamen de legatis, de expensis funerali, aut factis causa testamenti? **ix.** Credi-

10-

vibus realibus habentibus hypothecam, vel pignus prius satisfaciendum, quam Chirographariis. Et prior hypotheca preferenda posteriori, exceptis nonnullis casibus. x. Prior emptor preferendus est secundo, nisi res sit hinc tradita, exceptis etiam nonnullis casibus. xi. Creditores Chirographarii priores probabilius non sunt preferendi posterioribus, xii. Inter aequales creditores videtur preferendus petens, etiam extra judicium, aliis non potentibus. Peccat tamen contra iustitiam debitor, si preferat creditorem, qui non est preferendus. xiii. Num Creditor, qui injuste a debitore prefertur aliis, possit sibi retinere, quod sibi debetur? xiv. Num possit Creditor pauper ex solo titulo pauperiatis aliis preferri? xv. Qui titulo aut gratio, aut onero, sive bona, sive mala fide accepit aliquid ab eo, qui non est solvendo suis creditoribus, ad quid tenetur? xvi. Debitor, qui suis creditoribus non est solvendo, peccat contra iustitiam, si repudiet donationem, aut hereditatem, qua possit satisfacere.

## QUÆSTIO VI. 120

De Causis, ob quas omitti, vel differri possit Restitutio.

## ARTICULUS I. ib.

De Causis, ob quas differri potest Restitutio.

i. Differri potest restitutio, si debitor restituendo patiatur damnum duplo maius, quam patiatur creditor ex tali dilatatione; vel si pati deberet facturam fame, aut alterius damni notabilis. ii. Potest etiam differri, si deberet aliter vendere centum aureis rem valentem bisecentum; aut si deberet vendere instrumenta sua artis, aut si deberet vir nobilis arietem manualem exercere. iii. Sicut etiam si

deberet cadere de proprio statu iuste acquisito, quamvis debita ex delictis contracta sint. At si per usuras status sublimior acquisitus sit, etiam heredes cum mutatione status tenentur restituere; Sic ut etiam si res in individuo restituenda sit. iv. Nequit restitutio differri, ne quis magno lucro privetur. v. Differenda est restitutio, si ex ea grave damnum alteri sequatur. vi. Quenam impotentia dilatationem restitutiois permittat? vii. Num licite differens restitutioem teneatur ad interesse? viii. In gravi necessitate licitum est restitutioem differre, non tamen furari. In extrema necessitate dives tenetur ex charitate offerre pauperi res necessarias; & ex iustitia tenetur non impedire, ne illas sibi accipiat. ix. Cessio bonorum, seclusa impotentia, non excusat a statim restituendo. Quid ea ferat pro foro exteriori? Nequit Clericus cedere bonis cum ignominia sui status. x. Qui cedit bonis, quantum possit occultare ad honeste vivendum? xi. Artifex, qui bonis cessit, tenetur exercere, sicut prius, artem suam, ut possit suis creditoribus satisfacere quantum potest. Quid si religiosum ingrediatur?

## ARTIC. II. 126

De Debiti remissione, quæ excusat a restituzione.

i. Condonatio creditoris tunc excusat debitorem a restituendo, quando ea est plene libera, & a jure non irritatur. ii. Remissio facta debitori singenti se pauperem est invalida, utpote facta per dolum circa causam finalem. iii. Si condonetur pars debiti ob metum iustum, ne scilicet totum creditum amittatur ob culpam debitoris, talis condonatio est invalida; secus vero si fiat ob metum iustum, ne scilicet totum creditum amittatur ob debitoris inopiam. iv. Est etiam invalida, si metus a tertia

E e 2 per-

persona incutatur ad remissionem extorquendam. v. Debitor, qui sine fraude se compositum cum creditoribus, non tenetur deinde partem debiti sibi remissam restituere, si deveniat ad pinguorem fortunam; secus si sese in Ecclesiam recipiat, ut pars debiti sibi remittatur. vi. Excusatur a restitutione debitor, cui constat de voluntate sive formali, sive presumpta creditoris debitum remittentis; secus vero si de ea dubitet.

## ARTICULUS III. 128

## De occulta compensatione excusante debitorem a restituendo.

i. Ut a restitutione reddat immunitatem. Compensatio occulta fieri debet cum suis nequisitiis. ii. Debet quippe esse moraliter certum debitum compensandum, & non dubium, aut probabile. iii. Debitum istud debet esse ex iustitia, non ex alia virtute, puma ex promissione, aut voio, vel ex gratitudine. iv. Res, quae fiat compensatio, debet esse ipsius debitoris, non deposita, aut alteri hypothecata. v. Requiritur etiam, ut debitum non possit aliter recuperari sine gravi incommmodo. Num si mortale, cessante scandalo, hanc conditionem omittere? vi. Debet vitari grave damnum alterius, qui forte infamaretur, ac ipsius debitoris, qui forte iterum restituere. vii. Num possit cum equivocatione iuratus negare, quod aliquid accepit, qui accepit aliquid in compensationem? viii. In quibus casibus possunt famuli sibi compensare ab heris suis, quod sibi iudicio prudentium proprius famulatum debetur? ix. Si Sacerdos nequeat recuperare decem carolenos debitos a Tito, & hic det illi totidem carolenos pro decem missis celebrandis, poteritne ob compensationem omittere missarum celebrationem? x. Num filius laborans pro Parete possit pro tali labore aliquid sibi oculis compensare? xi. Num possit fieri

compensatio in delictis, non restituenda, verbi gratia, famam illi, qui te infamavit? Et num possit infamia compensari pecunia? xii. Possetne aliquando ob debitum probabile fieri compensatio? Prorsim si probabilitas versetur circa ius, non circa factum?

## ARTICULUS IV. 133

## De Compositione, &amp; Judicis auctoritate excusantibus a restituendo.

i. Liberat a restitutione debitorem compositione, quae fiat a Pontifice, vel ab Episcopo in propria Diocesi pro debitis dumtaxat incertis. Et probabilitus deinde dominus compareat, nihil ei debetur. ii. Quid requiratur, ut possit Pontifex pro debitis certis compensandum, aut dispensationem concedere? Sit ut potest Pontifex in paenam præsaveretur bonis temporalibus, ita potest deobligare debitorem a restitutione factenda alicui criminoso. iii. Multipliciter potest Index eximere debitorem ab onere restituendi, prorsim in paenam delicti a creditore paratis; Vel si ex equitate alicui adjudicet, quod ex rigore iustitia illi non debetur.

## ARTICULUS V. 134

## De Praescriptione, quatenus a restituendo excusat.

x. Praescriptio legitima etiam pro foro interno a restituendo deobligat; conceditur tamen locis piis, & minoribus restitutio in integrum. ii. Lex praescriptionis non est instituta in paenam negligientia creditoris, sed ad lites innumeris vitandas; Nec niuitur in falsa praesumptio culpa illius. iii. Quinque sunt Praescriptionis conditiones, Possessio continua, Capacitas possidendi, Bona fides, Titulus probabilitus praesumptus, & Litus

psus

psus temporis a lege definit. iv. Ad prescriptionem requiritur, & sufficit posse civili rei, quamvis sit sine naturali possessione. v. Prescribere non potest Latus res Ecclesiasticas. Nec religiosus aliquid prescribere potest. Quid de pupillo? vi. Homo liber prescribi nequit. Nec res furtiva; At si bona fide hac ematur, vel accipiat, post annos triginta prescribi potest. Neque prescribi possunt res, qua alienari non possunt, ut res Ecclesiastica, nisi spacio triginta annorum. vii. Si bona fide per annos triginta possideatur ius non solvendi debitum, prescribitur. Non prescribit tamen, qui dubia fide cœpit possidere, aut qui bonam fidem interrupit per malam fidem: Dubium tamen supervenientis bonam fidem non interrumpit. viii. Num possint haberes, & legatarius prescribere, si bona fide habeant res, quas testatur, qui mala fide eas possidebat? ix. Num possit prodesse ad prescribendum bona fides oria ex ignorantia juris clari, saltet post spacio triginta annorum? x. Ignorantia juris, qua non prodest ad prescribendam rem inalienabilem, prodest ad prescribendos fructus talis rei, relate ad quos ignorantia est potius facti. xi. Titulus probabilitier presumpit non eodem modo requiritur ad prescribendum, quam bona fides; sine illo quippe prescribitur spacio triginta annorum, vel quadraginta contra Ecclesiam, aut centum contra Ecclesiam Romanam: Et si ius communne repugnet ad prescribendum, adhuc sufficit tempus immemorabile, in quo titulus presumitur: Nunquam tamen sine bona fide legitime prescribitur. xii. Usucatio prater titulum, & bonam fidem, requirit triennium inter presentes, & quadriennium inter absentes; Sine titulo autem requirit spacio triginta annorum. Prescriptio vero exigit decem annos inter presentes, viginti inter absentes, & sine titulo triginta. At contra Ecclesiam quadraginta, & contra Ecclesiam Romanam centum. xiii. Ut con-

suetudo contra legem prescribat, satis est, vel quod passim fiat contra legem conscientia Superiore, vel quod inscio Superiore contra legem fiat per decennium.

## ARTIC. VI. 139

Num interitus rei alienæ, aut ingressus in Religionem a restituendo excusat?

1. Interitus rei alienæ in specie restituenda a restituendo excusat, si pereat circa culpam debitoris, nec aliter sit convenientum. ii. Probabilis videtur posse secundum se are alieno gravatum ingredi Religionem, & sic a restituendo de obligari, si alia via non possit. iii. Sic sponsus post sponsalia jurata potest ingredi Religionem. iv. Num teneatur hic Religiosus laborare juxta suum statum de licentia Superioris, ut debitis satisfaciat? v. Num pariter teneatur acceptare donationes, aut hereditatem, qua detur Creditoribus? vi. Religiosus, qui post professionem alios damnificavit, presertim si sit Prelatus, ad quid tenetur, ut damnum resarciat?

## QUÆSTIO VII. 142

De Restitutione in particulari.

## ARTICULUS I.

De restitutione propter homicidium, & mutilationem.

1. Provocatus ad pugnam, si alium occidat, non tenetur quicquam restituere, quamvis nonnullum excederit. Qui tamen invaditur ab altero, ad restitutionem obligabitur, si notabiliter excedat occidendo invasorem. ii. Num peccet contra justitiam Clericus, qui potest fugere invasorem, sed non fugit, sed illum occidit cum moderamine debito? iii. Qui artificem occidit, tenetur etiam in-

crim

erum illi cessans ex sue artis exercitio  
restituere; Sed debetne estimacionem la-  
boris detrahere? Debetne quicquam re-  
stituere Creditoribus occisi? iv. Num  
pro vita, pro mutilatione, pro cicatrici-  
ce, pro fama injuste sublata aliquid re-  
stituendum sit? Et quid pro vita servi,  
aut animalis alienus? Quid pro homi-  
cadio, quod fecit filius? v. Qui collocat  
cadaver occisi ante domum Titum, præ-  
videns, aut etiam intendens, ut Ti-  
tius tanquam homicida puniatur, num  
reneatur ad restitutionem? vi. Tam ex  
homicidio casuali, quam ex indirecto,  
non secus ac ex voluntario oriuntur obli-  
gatio restitutionis, supposita in iis gravi  
culpa contra iustitiam. vii. Num sit  
reus homicidii vulnerans graviter Po-  
trum, qui deinde ex Medicorum cul-  
pa decedat? Aut qui volens occidere  
Titium, casu occidat Casum? Aut qui  
alios occidit in ebrietate? viii. Propter  
damnum illatum occiso in cura-  
tione vulnerum, & ob luorum, quod  
illi ante mortem cessavit, facienda est  
restitutio heredi, & hoc deficiente, pau-  
peribus: Propter damnum vero, quod  
aliis ex homicidio consurgit, facienda est  
restitutio solum heredibus necessariis,  
non aliis. ix. In quibusnam casibus li-  
citem est homini se ipsum occidere, aut  
mutilare? Num licite pueri castrarentur  
ad vocem conservandam? x. Num possit  
aliquando indirekte innocens occidi?  
Num Saraceni innocentes occidi possint,  
ne fiant deinde hostes Christianorum?  
Num possit dari pharmacum pregnanti  
cum periculo occidendi futrum anima-  
tum? xi. Quid requiritur, ut licite pos-  
simus invasorem occidere in propriam, aut  
proximi defensionem? Plures theses has  
de re prescripta recensentur.

## ARTICULUS II. 152

De Restitutione propter detractionem.

I. In quo differat detracatio a contum-  
lia, susurratione, & derisione? ii. De-  
trahit directe Imponens, Augens, Ma-  
nifestans, in mala vertens; Indirecte  
vero Qui negat, aut minuit, reticet,  
laudatque remisse. iii. Quoniam in de-  
traditione dicitur materia gravis? iv.  
Num licet uni, vel alteri viro præ-  
densi verum crimen alterius manifestare  
citra mortale? Quod si ab eo deinde  
aliis manifestetur tale crimen, quid fa-  
ciendum a primo detraetore? v. Num  
sit mortale citra asseverantiam referre  
alterius crimina andua? vi. Ad vitan-  
dum grave damnum innocentis occulta  
crimina delinquentis desegi possunt. vii.  
Num citra mortale possit delictum Peri-  
publicum in uno loco, aut tempore pu-  
blicari ubi, & quando ignoratur. viii.  
Infamatus in uno genere num possit ci-  
tra mortale in alio genere infamari? ix.  
Regulariter non est mortale seipsum in-  
famare. Nec est de se mortale impone-  
re sibi falsum crimen citra perjurium  
ad vitanda gravia tormentia. Verum  
autem alienus crimen occultum desegere  
possimus ad vitandum grave damnum.  
Numquam tamen citra mortale potest  
grave crimen alteri imponere ad se de-  
fendendum. x. Ad quid tenetur qui an-  
dit detrahentem? xi. Quoniam pacto fa-  
ma restituenda sit; praeteritum si famosus  
libellis sit sublata? xii. Octo de causa  
potest quis a restitutione fama excusari,  
nempe si duret impotentia physica, si mo-  
ralis, si compensatio, si Condonatio, si  
crimen sit oblitum, si infamia sublata,  
si crimen factum est publicum, si de-  
tracio fuit inefficax. xiii. Impotent  
famam restituere non tenetur illam pe-  
cunia compensare; quamvis probabiliter  
possit infamatus clam accipere aliquid  
ab illo in compensationem.

A.R.

## ARTIC. III. 159

De Restitutione facienda ob contumeliam, derisionem, susurrationem, judicium temerarium, & suspicionem.

I. *Contumelia de se fert positivam inhortationem, unde non opponitur Observantia, sed Iustitia commutativa, & ex suo genere est mortale.* II. Compensatur universim dehonoratio isthac per petitionem venia. III. Deriso fert dehonorationem cum animo confundendi derisum, & fieri solet verbis irrisoriis: Subsannatio vero fit signis derisoriorum. Vtique fert culpam mortalem, si praeditetur derisus graviter contristandus. IV. Susurratio ordinatur ad seminandas discordias inter amicos, manifestando eorum defectus; De se est mortal is, & fert onus restitutionis. V. *Judicium, & Suspicio temeraria reducuntur ad detractionem tanquam actus internus ad externum: cum inducant malam opinionem, & contemptum proximi, ferunt de se mortalem culpam, & onus restitutionis.* VI. Facilius a mortali excusatur suspicio, seu opinio temeraria, quam judicium certum temerarium. Si indicia sint probabilia, opinio non esset temeraria, sed ea nequit sine causa aliis communicari. VII. In dubiis regulariier possumus licite assensum suspendere, quin teneamus bene opinari, sed solum tenemur non male opinari de proximo. VIII. Si tamen agitur de damno vitando, possumus dubia in deteriorem partem interpretari solum conditionate, & sic damnum praevenire. IX. Superiores ob indicia dubia possunt aliquali pena subditos punire, eo quod non abstineant a specie mali.

## ARTIC. IV. 161

De Restitutione facienda ob secreti violationem.

I. *Peccat contra iustitiam commutativam, qui revelat, quae sub sigillo naturali accepit.* II. Num sit gravis culpa ea uni, vel alteri viro prudenti revelare? III. *Violans sigillum naturale tenetur compensare damna, quae inde sequuntur, etiam si cum pablio iacito secretum committatur.* IV. Num, & quando graviter peccet, qui aperit literas sigillo munitas? V. Non peccat, qui ad vitanda gravia tormenta secretum revelat; nisi id cedat in damnum publicum, aut ex officio ad sigillum teneatur. VI. *Licitum est arcana etiam jurata sponte pandere, si illa vergant in grave damnum Communitatis, aut innocentis.* Sigillum Sacramentale dumtaxat in nullo casu referari potest.

## ARTIC. V. 163

De Restitutione facienda ob furtum, rapinam, necnon ob spiritualia damna alteri illata.

I. *Furtum specie differt a Rapina; hac enim superaddit furto violentiam, & injuriam personalem.* II. *Excusatur a mortali, qui rem alienam accipit, quando dominus est solum invitatus quoad modum, non quoad substantiam.* III. *Ratiabitio de futuro, seu licentia presumpta excusat a furto, & Religiosum a vitio proprietatis;* Sed ea non sufficit ad sacramentaliter absolvendum, aut ad dispensandum. IV. *Votum paupertatis comparatur cum licentia, tanquam cum conditione; lex vero comparatur cum dispensatione, tanquam cum ejus destrictivo.* V. *Quantitas requisita ad furtum mortale varia est pro varietate Personarum, quae damnificantur.* Aliquando acus

acus a sartore ablatus fert damnificationem gravem, esto furtulum istud in ratione furti non sit grave, nec trahat excommunicationem latam contra furantes. vi. Num peccet mortaliter, qui post completam materiam notabilem, parum aliquid iterum furatur? vii. Num teneatur ad restitutionem sub gravi, qui advertit se per plurima furtula venialia pervenisse ad materiam notabilem, quin sit factus diior? viii. Quid si plures modicum quid surripiendo damnum notabile eidem inferant, advertendo dumtaxat, sed non concurrendo ad aliorum furtula? Si adversus istos feratur excommunicatio, quare sub gravi teneantur restituere modicum, quod surripuerunt? ix. In gravi necessitate differri probabiliter potest restitutio; sed non licet furari, nisi necessitas sit extrema, aut valde gravis, seu extrema affinis. x. Famuli, aliique inservientes non possunt occulte ab Heris suis surripere, quod ipsi judicant deberi ultra salarium, nisi id sit manifestum, & circa controversiam. xi. Quid possint filii a Parentibus oculice surripere circa mortale tam de bonis Profectiis, quam de Adventitiis? Etenim Castrensis, seu quasi Castrensis ad filios spectant. xii. Uxor quandonam mortaliter peccat surripiendo aliquid de bonis mariti, aut de bonis communibus, qua scilicet percipiuntur de fructibus doxis, & Arrharum? xiii. Qui sine vi, & fraude induxit aliquem ad culpam, aut retraxit illum ab ingressu in Religionem, peccavit dumtaxat contra charitatem; at peccat contra iustitiam, & ad restitutionem dannorum tenetur, si id faciat per vim, aut fraudulenter, aut si quomodocumque inducat alium ad damnificandum.

## ARTICULUS VI.

171

De Restitutione facienda ob stuprum, & adulterium.

- I. Ad quid teneatur deflorator Virginis, que in stuprum sponte consensit? Et quid, si per vim, aut fraudem illam defloravit? II. Qui Virginem defloravit sicut matrimonium promittendo, tenetur illam ducere, quin satis sit illam dotare, seclusa disparitate inter illos. III. Adulter ob injuriam personalem marito irrogatam tenetur petitione venia, aut aliis signis satisfacere. Problem suam tenetur alere post tertium annum. IV. Si nothus inter legitimos a Matre supponatur, tenetur adulter compensare damnum, quod legitimi patiuntur. V. Adultera tenetur compensare damnum, quod ex prole illegitima patiuntur legitimi, non tamen se infamando.

## ARTICULUS VII.

173

De Restitutione facienda ob fraudata vectigalia.

- I. Lex de solvendis vectigalibus iuste impositis ad Principis sustentationem, & Regni defensionem verius non est pure penalit. Quid si imponantur in rebus usualibus? II. Num detur obligatio solvendi vectigalia, si dubitetur negative num iuste imponantur? III. Etiam exteriori tenetur solvere vectigalia iusta. IV. Num sponie aperienda sint custodibus merces, pro quibus vectigal solvendum est? V. Custodes non obstante fraudibus, prout ex iustitia tenentur, probabiliter non tenentur ad restitutionem pene, quam fraudatores vectigalium solvisserent, si manifestarentur, licet teneantur compensare damnum, quod domini subeunt. VI. Ecclesiastici quandonam tenentur vectigalia solvere? VII. Clerici conjugati, quamvis

vis gaudente privilegio Canonis, si Virginem duxerint, & gestent habitum, ac consuram, non eximuntur tamen a solutione vestigium: Nec Clerici relate ad bona, que advehunt ad negotandum. viii. Si custodibus non constet, quod bona sint Ecclesiasticorum, iuramento istorum standum est.

### ARTICULUS VIII. 176

#### De Restitutione ob simoniam facienda.

i. Simonia habetur per studiosam voluntatem emendi, vendendi, aut permutandi prelio temporali rem spiritualem, aut spirituali annexam, sive pretium sit a manu, sive a lingua, sive ab obsequio. ii. Ad simoniam requiriunt pactum saltem implicitum, seu animus obligandi alium ad conferendam rem sacram propter tempore, aut econtra. iii. Dividitur Simonia in Mentalem, Conventionalem, & Realem. Mentalis autem requirit actionem externam positam animo simoniaco. Simonia Confidentialis in Beneficiis potest esse sive Mentalis, sive Conventionalis, sive Realis. Qualibet istarum est casus reservatus, sed pena Simoniacorum incurruunt solum a Simonia reali in Beneficiis. iv. Simonia prohibetur tam jure Divino, ac Naturali, quam Humano. Aliqua tamen simonia est solum juris Ecclesiastici, & in hac dumtaxat dari potest materia parvitas. v. Materia Simonia est res sacra, seu quomodocumque Spiritualis, ac Supernaturalis, puta Sacramenta, Reliquia, Beneficia, Prestimonia, Sacramentalia, &c. vi. Quid de Cappellaniis, de Com mendis, de Vicariatu Episcopi, de Rectoriis Hospitalium, de labore in administrandis Sacramenis, & de rebus consecratis? vii. Quid de alliciente alium rebus temporalibus ad conferendas res spirituales? Quid de reportante stipendum propter concionem, aut pro docen-

da Theologia? viii. Quid de transrente juspatoratus sive reale, sive personale propriet pretium? Quid de resgnante similiter Beneficium? Quid de commutante res spirituales lucrum afferentes? ix. Quanam Pensio sit materia Simonia? Quanam etiam Resignatio Beneficiariorum? Quanam redemptio vexationis licita est in Beneficiis? Quanam etiam transactio inter litigantes? x. Pro actibus jurisdictionis Ecclesiastica nihil accipi potest. Quomodo pro dispensationibus a Curia Romana aliquid accipiat? xi. Num Pontifex possit simoniam incurrire etiam juris Ecclesiastici? xii. Excusaturne a Simonia juris humani, qui illam sciente, & dissimulante Pontifice exercet? xiii. Sex de causis, seu titulis excusari potest a simonia, qui dat temporale occasione spiritualis; nempe titulo sustentationis, liberalitatis, laboris exirrifici, privationis alicujus lucri, redemptionis vexationis iusta, & ratione consuetudinis. xiv. Qui, verbi gratia, celebret, si detur stipendum, aliter eo die non celebratur, non haber pro motivo secundario prese dicto stipendum, sed solum pro motivo excitante, & occasionali; aliter esset simoniacus. xv. Quanam redemptio iusta vexationis licita sit? xvi. Simoniace datur pecunia intercessori immediato ad Beneficium obtinendum. Sed quid si detur intercessori mediato? xvii. Beneficii collatio facta Tilio ignorant Simonię ab alio commissari ad tale Beneficium obtinendum est irrita, nisi in fraudem simonia committatur, aut nisi electus resistat. Gaudet tamen hic beneficio triennalis possessionis. xviii. Quanam censura ferantur in Simoniacos? Quinam actus simoniaci sint invalidi; & quanam restitutio ius imponatur? xix. Pretium simoniace acceptum danti ne an pauperibus restituendum est? xx. Prestiti hujus restitutio facienda est, etiamsi non detur obligatio ex iustitia ponendi rem sacram, qua venditur. xxi. Quid si conferens rem sacram privet se in gra-

F f tiam

Pars III.

tiam alterius commodo aliquo sive temporali, sive spirituali? xxii. Qui rem sacram emit, illam non tenetur restituere, quamvis vendens teneatur restituere premium, quod pro illa accepit. xxiii. De Restitutione ob usuram facienda remissive.

### ARTIC IX. 196

#### De Restitutione facienda ob Horarum, & Residentiae omissionem.

I. Beneficiarii post sex menses a Beneficii possessione, si Horas non recitent, tenentur ante sententiam judicis fructus restituere pro rata omissionis, erogando illos aut in fabricam Beneficii, aut in pauperes. Explicavit Pius V. quid sonet ly pro rata omissionis. II. Probabilis non tenetur ad restitutionem, qui inculpabiliter Horas omisit. III. Datum ob causam restituendum est causa non subsecuta, nisi alind constet ex voluntate dantis. IV. Omittens partem aliquam minorem, quam sit Hora parva, probabiliter nihil restituere debet. V. Qui recitat quidem Horas, sed sine attentione debita, sicut peccat graviter, ita ad restitutionem fructuum obligatur. VI. Pariter Canonicus recitans in Choro sine debita attentione distributiones retinere non potest. VII. Beneficiarius in excommunicationem lapsus, si recites Horas, &c.

munus suum prestat, potest fructus Beneficii retinere. Quid de excommunicato vitando? VIII. Sicut infirmus, ita injuste derrusus in carcerem, aut excommunicatus potest distributiones lucrari, quamvis absit a Choro; cum non debeat innocens hanc panam subire. IX. Qui justè est excommunicatus, non potest distributiones lucrari, quamvis per ipsum non sit, quominus absolvatur. X. Beneficiarius post sex menses omittens officium, si monitus non respicit, Beneficio privandus est. XI. Restitutio potest fieri non solum pauperibus, aut in utilitatem fabrica Ecclesie, sed etiam in utilitatem fabrica domus Beneficii, aut in meliorandis agris; Et potest etiam fieri offerendo suffragia pro defunctis; Quod si ipse Beneficiarius sit pauper, potest sibi applicare fructus restituendos. XII. Pauper, antequam sibi tradantur in elemosynam fructus restituendi, non potest eos Beneficiario iussu donare; Nec talis donatio est valida, si sit coacta. XIII. Restituendi sumendum taxat fructus respondentes oneri Horarum, non vero respondentes aliis pauperibus, quibus sit satis. Sed quia sit ea pars? XIV. Quinam teneantur in Choro officium recitare? XV. Persingatur, quæ spectant ad restitutionem faciendam a Beneficiariis non residentibus.

F I N I S.

IN.